CHRONICON. MARSILIUS DE PADUA. IOHANNES VICTORIENSIS
Anfang 15. Jh. Seite 111r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=892
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



ꝯiuicat alijs liberalius hij sunt
de quibus Mt. v. dr. Vos estis lux
mundi ~~lux~~ luceat lux vestra coram
hominibus ut videant opera vestra bo-
na. Hij sunt de quibus Num. xxx.
nos armati et accincti pergemus
ad prelium ante filios israel donec
introducamus eos ad loca sua. Sed
proh dolor de quibusdam in apoc.
vi. dr. Factus est sol niger tamquam
saccus cilicinus quia quidam dum alijs
lumen scientie et doctrine et conversa-
cionis splendide debent dis-
pensare se et alios ad malum ex-
asperare et perversis moribus nove-
runt per contrarium denigrare. Sed acies
triplicis huius status decenter
et terribiliter ordinate quibuslibet
vicijs in ecclesia stiuit resistere et for-
titer repugnare nunc contra hereticam
pravitatem nunc contra scilicet vanita-
tem nunc contra subortam quamlibet
vanitatem sicut Iud. v. designatur
stelle manentes in ordine et in
cursu suo adversum sisaram pugna-
verunt. Secundo de adhorta-
cione principis nostri speculemur
qualiter suos milites secundum predic-
tam formulam alloquitur.
Et primo quidem prohibet spolium
dicens Exod. xx. Non concupis-
ces domum proximi tui nec de-
siderabis uxorem eius non ser-
vum non ancillam non bovem non
asinum nec omnia que illius sunt
in quo etiam innuitur quod honori
eius proximi et fame detra-
here non debemus quia famam
et honorem eius rodere vel

Nota adhortacionem militum spiritalium

coram alijs minuere quid est aliud
quam per invidiam eum thesauro boni
nominis spoliare. Secundo accen-
dit animum iuxta illud Iohannis xiiij.
In mundo pressuram habebitis sed
confidite ego vici mundum et premi-
sit. Si mundus vos odit scito-
te quia me priorem vobis odio habuit.
Super quo Augustinus recusas esse
in corpore si odium mundi non vis
sustinere cum capite. Et Heb. xij.
recogitate eum qui talem sustinu-
it a peccatoribus adversum semet-
ipsum contradictionem ut non fatige-
mini animis vestris deficientes.
Tercio promittit premium Ap-
poc. iij. Qui vicerit dabo ei
sedere mecum in throno meo sicut
et ego vici et sedi cum patre meo
in throno eius. Bernhardus
super Cant. super illo verbo Ego
flos campi. Sponsus non pu-
tat quicquam persuabilius fore
sponse ad meundum certamen
quam si se ipsum aut certantis
exemplum preponat aut premium
quod si videlicet pugnantis for-
ma vel triumphantis gloria. Utrum-
que mihi es domine Ihesu et speculum
patiendi et premium patientis utre-
umque fortiter provocat ac vehe-
menter accendit tu doces manus
meas ad prelium exemplo virtutis
tue tu caput meum post victo-
riam tue coronas presencia ma-
gestatis ad quam dei filius nos
perducat. De congressione et
hostis prostracione capitulum xix.